



**R. P. Georgii De Rhodes Avenionensis, È Societate Iesv,
Philosophia Peripatetica, Ad Veram Aristotelis Mentem**

Rhodes, Georges de

Lvgdvni, 1671

III. De appetitu rationali, & potentia motrice inorganica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95638](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95638)

singulis datos, cum plures essent ducentis, ab ultimo incipiens usque ad primum recitabam.

Plerumque tamen accidit, ut qui tantâ sunt præditi memoriâ, ingenio minùs valeant, quia ingenij celeritas maiorem deposcit humiditatem, quam refugit memoriæ tenacitas.

Memoriæ adjuvamenta. Dico quattor. Præter moderatas illas qualitates mollitiæ, & duritiæ nihil esse, quod memoriâ æquè iuvet ac exercitatio quotidiana memoriæ; nihil enim æquè vel curâ augetur, vel negligentia intercedit. Secundò plurimùm iuvat memoriâ, si valde attendas ad ea quæ desideras retinere: item si non multis simul obruas memoriâ; eorum enim quæ parum attendimus, vel quæ apprehendimus, aliis intenti rebus facillimè obliuiscimur. Lædunt memoriâ quæcumque vel siccitatem nimiam inducunt, vel humiditatem partium cerebri, ut nimium aliquando studium, consumens spiritus & cerebrum exsiccat; nimium item labor, nimia fatigatio, morbi plures; Iansenius Doctor eximius post edita luculenta commentaria in Scripturam, litteras oblitus fuisse dicitur. Quidam ictus lapide literarum oblitus est, inquit Plinius. E tecto lapsus, matris & affinium ac propinquorum; alius ægrotus servorum etiam, sui verò nominis Messala Corvini obliuionem passus est.

Reminiscencia. Dico quintò, reminiscencia sic definiiri, *Est progressio, quâ ex aliqua re memoria occurrente venimus in cognitionem rei quæ nec occurrebat memoriæ, nec à memoriâ penitus exciderat.* Aliquis v.g. reposuit heri librum aliquo in loco, cuius nunc non meminit. Memoria repetit loca omnia, in quibus heri fuit, & eos cum quibus loquutus est, ut tandem recorderetur ubi librum reposuerit.

Eius tres actus. Tres igitur actus includit reminiscencia, memoriâ rei alicuius, deinde discursum ex ea re ad id quod queritur, denique inuentionem eius rei quæ non penitus exciderat, sed non occurrebat tamen. Distinguitur illa, ut vides, à memoriâ; quia reminiscencia includit obliuionem aliquam & discursum, ideoque brutis non conuenit. Eleganter Maximus Tyrius *serm. 28.* rationem obliuionis comparat, & fieri ait reminiscencia, quoties animus vnù venatur ex alio, & præsentibus admonitus rebus, manu quodammodo ad obliuionem considerationem perducitur. Rectè autem Themistius reminiscencia appellat reducem memoriâ & rediuiuâ; quod quomodo fiat, pulchrè prosequitur August. *lib. 1. de Trinit. c. 3.* & in libro citato confessionum.

Quattuor miracula memoriæ. Quattuor igitur sunt in memoriâ planè mirabilia. Primum est, quod tam multa, & tam diuersa seruet in thesauris suis, neque tamen illa misceantur & confundantur. Secundum est ordo & nexus inter illa; ita enim collocata & ordinata sunt, ut & vnumquodque separatim, & cuncta confestim, & singula ordinatim exposcere & digerere valeamus, ut cum quis ex aceruo illo tot specierum per vnâ aut plures horas ita orationem continua serie depromit, ut nulla excidat, vel destinatum ordinem syllaba immutet; sed vna sequatur alteram, donec tota oratio euoluatur. Tertium est ipsa reuocatio eorum quæ penè fugerant; quædam enim latent altè condita cum exposcimus, nec foras prodeunt, sed eorum loco alia quædam prosiliunt quasi ro-gantia, num ipsa querantur: alia confestim in apertum erumpunt; alia paulò post, tanquam eruantur de abstrusioribus receptaculis. Quartum est connexio, ratione cuius ea quæ videbantur euauisse, alterius quasi admonitione foras prodeunt. Vide Augustinum & Theodoretum citatis locis.

R. P. de Rhodes curs. Philosoph.

QVÆSTIO III.

De appetitu rationali, & potentia motrice inorganica.

Amplissimus hîc pateret ad excurrendum campus, si moralem suis vellem spoliare præcipuis ornamentis; tota enim illa est in explicandis actibus voluntatis, libertate, habitibus virtutum & vitiorum. Mihi satis erit tria ponere. Primò an sit voluntas necessariò in homine, siue vtrum omne intellectuum sit necessariò volituum: secundò, quale sit eius obiectum: tertio, qualis actus.

§. I.

Vtrum omne intellectuum sit necessariò volituum.

Repugnant multi graues Theologi, existimantes posse dari aliquod cognoscens carens omni appetitu.

Ratio enim dubitadi esse primò potest, quia etsi omne volituum supponat necessariò cognoscituum, nullo tamen argumento demonstrari potest efficaciter, quod effici à Deo non possit vllum cognoscituum, quod careat appetitu. Quomodo enim potest probari, quod appetitus elicitus sequi necessariò debeat cognitionem.

Secundò. Si Deus decerneret non concutere cum humano appetitu ad actum vllum appetitiuum, & reuelaret homini hoc decretum suum, huiusmodi cognitio non dirigeretur ad appetitum; implicaret enim ut illa moueret appetitum: ergo non est necesse ut omnis cognitio mouere possit appetitum: ergo non est necesse ut omne cognoscituum sit volituum.

Tertio, non demonstratur esse impossibile appetitum, quem nulla præcedat cognitio: ergo non demonstratur esse impossibile omnem cognitionem, quam nullus sequi possit appetitus elicitus. Probatur antecedens, quia si Deus infunderet voluntati actum amoris, non esset requisita vlla cognitio præluens amoris: ergo potest dari appetitus sine cognitione.

Dico primò, omne cognoscens essentialiter esse appetitiuum, atque adeò implicare intellectuum quod non sit volituum. Ita docet S. Th. *1. p. q. 19. art. 1.* quem sequuntur communiter Theologi & Philosophi.

Ratio autem illius sic proponitur ab Herice *diff. 2. c. 2.* Omnis forma necessariò annexum habet appetitum, quo inclinatur in illud quod rei constitutæ conueniens est: sed cognitio est aliqua forma: ergo illi debet adiunctus esse appetitus, per quem inclinatur ad perfectionem debitam subiecto, cuius est constitutiva. Maior probatur, quia omnis forma ordinatur ad ea quæ conuenientia sunt subiecto, in quo est: sed non potest ad ea ordinari, si ad ea non inclinatur: ergo quælibet forma inclinatur ad ea quæ rei constitutæ sunt conuenientia, & refugit ab iis quæ sunt disconuenientia.

Dico secundò, implicare appetitum, qui non sit cognoscituius; imò & implicare voluntatem, quæ sine præuia cognitione vllum actum eliciat.

Primò enim sic demonstrat experientia; quæ enim proportionè crescit cognitio bonitatis, eadem etiam crescit amor; & quæ proportionè de-

XX

crescit

crefcit cognitio, decrefcit amor: quod autem penitus ignotum, id nec odimus, nec amamus. Deinde à priori ratio eft, quia implicat vt voluntas amet aliquod obiectum, nifi habeat illud præfens: fola cognitio efficere poteft obiectum præfens voluntati: ergo implicat vt voluntas fine prælucente cognitione vllum actum eliciat.

Solutio triū
dubitatio-
num.

Ad primam refpondeo, fatis probatum videri, quod omne cognofcitiuum effentialiter inuehat volitiuum, ex eo quod cognitio fit forma inclinans ad ea quæ conuenientia funt fubiecto, in quo eft.

Ad fecundam refpondeo, nullam effe poffe cognitionem, quæ per fe non ordinetur ad mouendum appetitum; effe autem poffibilem cognitionem, quæ per accidens non poffit mouere appetitum ex defectu diuini concursus. Si Deus decerneret non concurrere cum appetitu ad vllum actum, idque reuelaret homini, vel Angelo, illa cognitio per accidens tantum non poffet mouere appetitum, quia deeffet appetitui concursus; fed ex fe tamen illa cognitio fufficiens effet ad illum mouendum, & ad hoc ordinaretur.

Ad tertiam refpondeo probatum effe, quod voluntas nunquam ferri poteft in incognitum; fic Deus autem, vt probabam prima difputatione, infundere quidem poteft mortuo modo terminum actus vitalis, v.g. amoris; fed amorem ipfum, aut aliquem actum vitalem infundere nullo modo poteft; fi enim intellectui aut voluntati nihil operanti Deus infunderet verbum mentis, vel qualitatem illam, quæ terminat amationem, intellectus non intelligeret, & voluntas non amaret; haberent enim terminos illos mortuo tantum modo.

Definitio
voluntatis.

Colliges ex his primò, rectè definiri voluntatem, *Est potentia tendens in bonum, & malum auerfans cognitum ab intellectu*: per actus enim profequitiuos tendit in bonum; per auerfatiuos refugit malum. Sicut fenfitiuus appetitus tendit in bonum, & refugit malum cognitum fenfu.

Quotuplex
voluntas.

Colliges fecundò, appetitum etiam rationalem in duos diuidi appetitus, tanquam in membra diuerfa formaliter. Concupifcibilis, vt monebam agens de appetitu fenfitiuo, eft is qui profequitur bonum, & auerfatur malum abfolutè fumptum; irafcibilis, qui profequitur bonum, vel auerfatur malum arduum. Eadem enim quoad hoc eft ratio appetitus fenfitiui & rationalis. Quamvis autem diftinguerentur potentie ab anima, non effet tamen realis vlla diftinctio inter voluntatē concupifcentem & irafcentem, quia vnicum eft obiectum adæquatum vtriusque, nempe bonum & malum intellectu apprehenfum: ratio autem ardui non pertinet ad formalem rationem obiecti, cum non fit id quod mouet voluntatem, fed potiùs eam auerteret.

S. I I.

De obiecto voluntatis.

Vulgò dicitur obiectum appetitus effe bonum, quod non poteft definiri nifi quod eft appetibile. Sicut autem duplex bonum, ita & malum. Bonum abfolutum eft rei perfectio in fe: malum abfolutum eft eius carentia. Bonum refpectiuum, id quod eft alteri conueniens: malum refpectiuum, quod alteri difconuenit. Difficultas igitur eft, vtrum obiectum voluntatis non fit nifi bonum, ita vt tendat femper in bonum non folum per actus profequitiuos, fed etiam quando auerfatur aliquod bonum.

A Ratio verò dubitandi primò eft, quia quoties aliquis amat feipfum fciens fe omni bono effe indignum, non poteft apprehendere in feipfo vllum bonum: ergo voluntas etiam in actibus profequitiuis non femper amat aliquod bonum. Similiter cum amo mortem mei aduerfarij, quia malum illius eft, elicio actum profequitiuum: tunc obiectum formale illius actus non eft vllum bonum: ergo voluntas non neceffariò femper fertur in malum.

Secundò bonum definitur id quod eft appetibile: fed fi obiectum voluntatis eft bonum appetitus, definitur facultas quæ tendit in bonum, ficut in appetibile, ficutque committeretur vitiofus circulus in definitione boni & appetitus: ergo, &c.

B Tertiò, quando voluntas auerfatur aliquod malum, non auerfatur illud nifi propter aliquod bonum quod fit motiuum odij; ficut quoties odio habetur aliquod medium impediens finem, amatur finis: ergo obiectum voluntatis etiam in actu auerfatiuo non eft nifi bonum. Confirmatur, quia nullus actus intellectus effe poteft mera negatio & diffenfus; cum enim dico v.g. *Homo non eft lapis*; obiectum illius actus nec eft folus homo, nec folus lapis, fed negatio etiam lapidis; quam negationem affirmat intellectus de homine: ergo actus voluntatis non ita poteft effe auerfatiuus, quin etiam formaliter fit profequitiuus. Antecedens patet, quia cum dico, *Homo non eft lapis*, motiuum mei actus eft diftinctio hominis & lapidis: illam diftinctionem non nego, fed affirmo: ergo propositio negatiua intellectus eft etiam affirmatiua: ergo actus voluntatis auerfatiuus neceffariò eft profequitiuus.

Dico primò, obiectum voluntatis quoad actus profequitiuos non poffe vnquam effe malum fub ratione mali, fed neceffariò effe aliquod bonum, vel certè malum fub ratione boni. Contrarium docuiffe videntur Scotus & Nominales. Sed eos certè damnat omnium Doctorem fuffragium, quorum communis illa vox eft cum Ariftoteli initio lib. i. *Ethic. Bonum eft quod omnia appetunt.*

Primò enim ratio à priori eft, quia omnis inclinatio femper eft ad bonum; nam inclinari eft attrahi; malum autem non attrahit, fed potiùs auertit: omnis actus profequitiuus eft inclinatio: ergo omnis actus voluntatis profequitiuus eft ad bonum, neque vnquam poteft amare malum vt malum.

D Secundò, Sicut fe habet intellectus ad verum, fic fe habet voluntas ad bonum: fed intellectus nunquam poteft affentiri falfo fub ratione falfo: ergo neque voluntas amare poteft malum fub ratione mali. Et hoc certa docet experientia; nemo enim vnquam amat id in quo nullam apprehendit rationem mali.

Dico fecundò, obiectum voluntatis quoad actus auerfatiuos effe malum vt malum, neque neceffariò effe vt omnis actus voluntatis auerfatiuus fit etiam formaliter profequitiuus, & feratur in aliquod bonum. Ita probabam aliàs in tractatu de penitentia, cuius actum probabam effe poffe purè auerfatiuum formaliter, quamvis æquiuallenter fit profequitiuus.

E Ratio eft, quia odium eft verus actus voluntatis diftinctus ab amore, & proprium habet obiectum diftinctum ab obiecto amoris: illud obiectum non poteft effe aliquod bonum vt fic, fed malum vt malum: ergo obiectum voluntatis quoad actus auerfatiuos eft malum vt fic. Deinde ficut bonum poteft fufficienter mouere ad amorem, fic malum fufficienter mouere poteft ad

ad odium sine consortio vllō boni: ergo sicut voluntas elicere potest actum purē prosequitum circa bonum, sic circa malum potest elicere actum purē auersatiuum. Præterea cum dicit aliquis, *Nolo peccare, quia malum est*, tunc intellectus non proponit vllum bonum voluntati, sed solam malitiam peccati: ergo tunc voluntas nihil amat. Et sanè si voluntas odio habens malum, quia malum est, amaret necessariò malum illi oppositum, vel amaret eodem actu, quo malum odit, vel diuerso actu. Non eodem, quia non potest idem actus esse amor & odium. Si diuerso actu: ergo semper verum est, quod actus odij sit purē auersatiuus, & quod eius obiectum sit malum sub ratione mali.

Solutio primæ dubit.

Ad primam respondeo, voluntatem hominis qui scit se esse malum & indignum amore, sed potius dignum odio, ferri tamen semper in bonum, quia semper apprehendi potest in obiecto moraliter malo bonitas naturalis, ratione cuius res etiam pessimæ amari possunt sub aliqua ratione boni. Cum amo mortem mei inimici, quia malum illius est, feror tamen semper in bonum, quia malum inimici apprehendo ut aliquod bonum meum.

Solutio secundæ.

Ad secundam respondeo, bonum definiri posse, quod est appetibile; & appetitum definiri etiam, facultatem, quæ fertur in bonum; neque tamen vllum committi vitiosum circulum in definitione boni, & appetitus. Quia bonum etiam definiri alio modo potest quàm per appetitum; vel enim bonum definitur absolutum, & est, ut dixi, perfectio rei in se; vel definitur bonum respectuum, & est id quod alteri est conueniens. Si bonum definiri non posset sine ordine ad appetitum, & appetitus sine ordine ad bonum, committeretur in illis definitionibus vitiosus circulus.

Solutio tertiæ.

Ad tertiam respondeo distinguendo antecedens. Voluntas nunquam auersatur malum, nisi propter aliquod bonum formaliter amatum, negatur; amatum saltem æquialenter, conceditur; quamquam etiam absolute negari posset, quia cum dicit, *Nolo peccare*, non est necesse ut tunc cogites aliquod bonum propter quod odio habeas illud malum.

Solutio confirmat.

Ad confirmationem, in qua maior est difficultas, respondeo actum etiam intellectus esse possibilem dissensum. Cum dico, *Homo non est lapis*; obiectum illius actus non est nisi homo & lapis; negatio autem non est aliquid se tenens ex parte obiecti, sed est actualis ipse disensus intellectus. Fateor motuum illius actus esse distinctionem hominis & lapidis; sed illud motuum non est necesse ut tunc actu attingam formaliter; satis enim est, quod attingam æquialenter tantum, ex eo quod alias hoc sciuerim; cum enim elicio conclusionem, satis est quod præmissæ prius fuerint in intellectu, nec est necesse ut illæ actu eliciantur. Denique addebam olim, esse aliquam disparitatem intellectus & voluntatis; quia intellectus solus motuum suum sibi facit præsens; idè debet illud attingere; voluntati autem motuum sit præsens ab intellectu, idè non est necesse ut illud attingat formaliter.

SECTIO III.

De actu voluntatis in genere.

Circa considerationem actuum voluntatis, tota versatur scientia morum, quia mores non sunt nisi actus voluntatis boni aut mali, id est conformes aut diffformes rectæ rationi: Physica ergo solum generatim considerat, quid generatim sit actus

R. P. de Rhodas curs. Philosoph.

voluntatis, quas condiciones exigat essentialiter, & à qua causa prodeat.

Dico primò, nullum esse actum voluntatis, per quem non producatur aliqua qualitas realis, quæ non est imago ipsius obiecti, sed pondus quoddam & inclinatio in obiectum. Consistit autem essentialiter in actione simul & termino. Paret hoc totum ex dictis de actu vitali generatim.

Quæ sit actus voluntatis.

Primò enim, quod amando voluntas aliquid agat, manifestum est; cum enim amor sit aliquid reale, quod non erat prius, necesse omninò est ut fiat, cum ante non fieret. Vbi autem est aliquid fieri, est etiam ibi aliquid factum: fieri est actio; quod autem fit, est terminus actionis: ergo in omni amore, imò in omni actu voluntatis est actio & qualitas; actio vocatur amatio; qualitas pondus est & inclinatio: vtrumque simul vocatur amor.

Voluntas amando agit.

Secundò tamen difficile dicitur cuiusmodi sit qualitas illa, quæ terminus est amationis, & verus amor. Non est obiecti similitudo, quæ proprius est partus intellectus, sed pondus est, inclinatio est, tendentia est voluntatis in obiectum amatum; & sanè aliquid quod melius intelligitur, quàm dicitur. Proprium est videlicet potentie cognoscentis attrahere ad se obiecta, quia illa veluti apprehendit, representat & cœcipit intra seipsam. Proprium autem est potentie appetitiuæ rapi ab obiectis, & in illa tendere; quia eius obiectum est bonum quod allicit & ad se attrahit appetitum ostendendo bonitatem suam: voluntas ergo visa bonitate ad illam inclinatur, & in illam raptur; pondus enim est & inclinatio potentie in bonum quod illam allicit. Comparat autem aptissimè Augustinus illam inclinationem qualitati morici grauius & leuius: *Amor meus pondus meum, illo feror quocumque feror*. Pondus enim illud est tendentia voluntatis in bonum à quo allicitur, & cui vnitur intimè per amorem: bonum videlicet allicit, voluntas allicitur & vnitur bono allicienti.

Amor est inclinatio.

Tertiò, quod amor consistat formaliter tum in actione, tum in qualitate producta, probatum est de actu vitali generatim.

Dico secundò, quemlibet actum voluntatis essentialiter duo exigere: primò ut ab ipsa voluntate producatur efficienter, & ut immanenter producatur: deinde ut præluceat illi cognitio intellectus, quæ conditio est etiam diuinitus insupplebilis.

Conditio actus voluntatis.

Prima pars conitat ex eo quod omnis actus vitalis essentialiter pender à potentia vitali, ut satis probaui. Secunda pars probata est sect. 1.

Dico tertiò, actum voluntatis sic produci efficienter à voluntate, ut intellectio non concurret non causat ad eum efficienter, sed ab ea tantum voluntas excitetur per sympathiam. Contrarium docent Molina

Intellectio actus voluntatis.

1. p. 9. 19. art. 2. disp. 3. Lessius lib. 2. de summo bono, n. 86. Fonseca & alij.

Ratio autem est, quia actus appetitus sensitiui non elicitur à sensu interno, qui est in cerebro, & non excitatur appetitum nisi per sympathiam: ergo actus appetitus rationalis non excitatur ab appetitu; par enim est ratio vtriusque appetitus. Deinde voluntas est principium sufficiens suorum actuum: ergo frustra dicitur voluntatem debere ad illos concurrere, mouet enim intellectio voluntatem non physice, sed metaphorice tantum, quatenus est cognitio boni, in quod voluntas fertur per sympathiam.

Obicitur: Species impressa non determinat intellectum nisi efficiendo simul actum cum illo: ergo intellectus non determinat voluntatem nisi efficiendo simul actum cum ipsa voluntate.

Obiectio.

xx 2 Respondeo

Respondéo, negando paritatem. Intellectus non potest determinari à specie per sympathiam, cum non sit potentia radicata in eadem anima, idè debet determinari per actionem. Voluntas autem potest excitari per sympathiam ab intellectu, cum utraque potentia radicaretur in eadem anima, vel potius sit eadem anima.

Supererat dicere diuisiones actuum voluntatis; alij enim sunt efficaces, alij inefficaces; alij elici, alij imperari; quidam absoluti, quidam conditionati; quidam antecedentes, quidam consequentes: sed hæc petenda sunt ex Morali.

Denique potentia motrix inorganica, quæ nimirum anima mouet seipsam extra corpus, admitenda necessariò est, quia non est immobilis anima extra corpus: distinguitur sine dubio ab intellectu & voluntate, cum diuersos actus habeant, & diuersa munera; imò læsà potentia motrice organica non læditur intellectus aut voluntas, quæ certa est nota distinctionis. Si autem potentia motrix organica distinguitur, debet distingui etiam inorganica.

QVÆSTIO IV.

De habitibus animæ rationalis.

Expofui adhuc facultates innatas animæ, nunc de illis agendum superest, quas imprimit ipsa sibi, dum agendo auget virtutem suam, & actio ipsa principium parit, per quod producat ipsa postmodum robustior. Hi sunt habitus, quibus nescio an mirabilius aliquid habeat natura, & an occultius aliquid habeat Philosophia. De illis igitur occultissimis animæ thesauris vt dicam plenissimè, primùm inquirò existentiam eorum & quidditatem: secundò subiectum, in quo sunt habitus: tertio causas efficientes, per quas producantur, intenduntur, extenduntur, destruantur: quarto causam eorum finalem, seu quid agant habitus: quinto varias eorum diuisiones.

SECTIO I.

Existentiæ, & quidditas habituum.

Definitio habitus.

Certum est primò, rectè definiti habitum, *Est qualitas permanens, ex actu frequenter genita, in similes actus inclinans*. Primò dicitur *qualitas*, quia perficit subiectum in quo est in ordine ad operationem. Deinde additur *permanens*, vt distinguitur ab actu vitali, qui non permanet, sed mox vbi nascitur, definit esse. Secundò dicitur *ex actu frequenter genita*, scilicet effectiue physice; quia nullus actus à potentia produci, qui non imprimat vestigium sui, qualitatem scilicet per quam potentia faciliatur ad eliciendos actus similes; sic enim habitus distinguitur à potentiis, quæ non producantur à potentiis, sed præsupponuntur. Tertio dicitur *inclinans in similes actus*, id est non tribuens potentia primam facultatem operandi, sed tribuens tantum vt faciliè ac promptè possit operari; in quo habitus distinguitur à potentia & ab habitu supernaturali, sine quo potentia completa non est ad agendum connaturaliter. Non est igitur habitus naturalis prima vis agendi, sed pondus quoddam, & inclinatio potentia ad certos quosdam actus eliciendos.

A Certum est secundò, reliquas omnes definitiones habituum, si bonæ sunt, coincidere cum eam quam attuli. Aristoteles 7. Physic. textu 17. *Habitus*, inquit, *est dispositio perfecti ad optimum*. Vbi nomine perfecti potentia intelligitur completa & expedita superaddito habitu: nomine autem optimi actus significatur, qui optimo modo fit, id est promptè ac delectabiliter; optimum enim actum non appellat hic Aristoteles eum, qui ex obiecto est, sed qui fit cum delectatione ac facilitate; qui sine dubio est modus optimus operandi. Secundò item Ethicorum c. 5. & 5. Metaph. text. 25. *Habitus*, inquit, *dispositio est, quæ bene vel male disponitur in ordine ad nos, vel in ordine ad alios*. Sed hæc est definitio primæ speciei qualitatis, non autem habitus strictè sumpti, de quo solo hic agitur.

B His positis circa existentiam & quidditatem habitus ita sumpti, duo sunt controuersæ. Primò, vtum ille reuerà sit aliqua positiua qualitas, an verò remotio tantum impedimentorum: secundò, vtum ille sit qualitas distincta à speciebus impressis.

S. I.

Vtrum habitus sit qualitas aliqua positiua.

Negat Caietan. 1. 2. q. 49. art. 4. querendum esse de habitu, an sit; quia videtur satis manifestè conuinci experientia, illum esse. Sed video tamen existimasse paucos quosdam Doctores, probabiliter explicari posse facilitatem illam, quam experitur sine qualitate superaddita potentia, per solam remotionem omnium impedimentorum.

C Ratio enim dubitandi esse primò potest, quia tripliciter non sunt necessarii habitus facilitantes potentiam, si sola remotione impedimentorum, sine noua qualitate possit facilitari potentia: sed facilitari potest sine noua qualitate, quia potentia facilitari potest amoto eo quod facit difficultatem: sed impedimenta faciunt difficultatem: ergo amotione impedimentorum facilitari potest potentia.

Secundò potentia, quæ per seipsam habet inclinationem ad obiectum suum, fertur in illud facilius sine noua qualitate, si nihil impedit eius operationem: sed potentia vitalis per seipsam habet inclinationem in obiectum suum: ergo fertur in illud facilius sine noua qualitate, si nihil eam impedit.

Tertio non potest explicari, quomodo qualitas illa faciliatur, quomodo producat, intendatur & destruat.

Dico primò, esse omninò admittendos habitus in potentiis vitalibus, qui sint reales qualitates distinctæ à remotione quorumlibet impedimentorum. Hæc totius Philosophiæ vox, cui contradicere non videtur esse sapientis Philosophi.

E Secundò enim experientia conuincit, dari aliquid nouum in nobis post frequentem actum excitationem; nemo enim est, qui non sentiat facilitatem maximam ad eos actus, in quibus sæpe versatus est. Vnde sapienter ille suadebat: *Optimum vita genus elige, suauè illud consuetudo faciet, adeo vt dum consuetudini non resistitur, fieri videatur necessarium*. Artifices videmus, tametsi optimè calleant præcepta, initio tamen præuè ac difficilè operari; postea verò ipsa exercitatione crescere facilitatem, & non accedente scientia, peritiam tamen accedere. Vnde argumentor. Non potest esse in potentiis animæ facilitas maior, quàm antea, nisi sit aliquid in potentiis, quod antea non erat: illud nouum est id ipsum quod vocamus habitum.

Secundò